

**INTROIT Psalms 54:17, 19-20, 23**

Dum clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi, et humiliávit eos, qui est ante saecula et manet in aeternum: iacta cogitatum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. Ps 54:2-3

Exáudi, Deus, oratióne meam, et ne despéxeris deprecatióne meam: inténde mihi et exáudi me. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Dum clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi, et humiliávit eos, qui est ante saecula et manet in aeternum: iacta cogitatum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

**COLLECT**

Deus, qui culpa offénderis, pæniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculorum.

**LESSON Isaiah 38:1-6**

In diébus illis: Ægrotávit Ezechías usque ad mortem: et introívit ad eum Isaiás filius Amos Prophéta, et dixit ei: Hæc dicit Dóminus: Dispóne dómni tuæ, quia moriáris tu, et non vives. Et convértit Ezechías fáciem suam ad parietem, et orávit ad Dóminum, et dixit: Obsecro, Dómine, meménto, quæso, quómodo ambuláverim coram te in veritate et in corde perfécti, et quod bonum est in oculis tuis, fécerim. Et flevit Ezechías fletu magno. Et factum est verbum Dómini ad Isaiám, dicens: Vade, et dic Ezechíæ: Hæc dicit Dóminus, Deus David patris tui: Audívi oratióne tuam, et vidi lácrimas tuas: ecce, ego adíciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis Assyriórum éruam te et civitatem istam, et prótegam eam, ait Dóminus omnipotens

**GRADUAL Psalms 54:23, 17-19**

Jacta cogitatum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. V. Dum clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropinquant mihi.

**GOSPEL Matthew 8:5-13**

In illo témpore: Cum introísset Jesus Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralýticus, et male torquétur. Et ait illi Jesus: Ego véniam et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitútus, habens sub me mílites, et dico huic: Vade, et vadit; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen, dico vobis, non invéni tantam fidem in Israél. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recumbent cum Ábraham et Isaac et Jacob in regno cælórum: filii autem regni eiiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium. Et dixit Jesus centurióni: Vade, et, sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

**OFFERTORY Psalms 24:1-3**

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubescam: neque irrideant me inimíci mei: étenim univérsi, qui te expéctant, non confundéntur.

**SECRET**

Sacrificiis præsentibus, Dómine, quæsumus, inténde placátus: ut et devotióne nostræ proficiant et salúti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculorum.

**PREFACE OF LENT**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largiris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórumque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

**COMMUNION Psalms 50:21**

Acceptábis sacrificium justitiæ, oblatiões et holocáusta, super altáre tuum, Dómine.

**POSTCOMMUNION**

Cæléstis doni benedictiõe percépta: súpplices te, Deus omnípotens, deprecámur; ut hoc idem nobis et sacraméti causa sit et salútis.

**PRAYER OVER THE PEOPLE**

Humiliáte cápita vestra Deo. Parce, Dómine, parce populo tuo: ut, dignis flagellatiónebus castigátus, in tua miseratiõe respíret. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculorum.

When I cried to the Lord, He heard my voice from them that drew near to me: and He humbled them, Who is before all ages, and remains for ever: cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee. Ps. Hear, O God, my prayer and despise not my supplication: be attentive to me and hear me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. When I cried to the Lord, He heard my voice from them that drew near to me: and He humbled them, Who is before all ages, and remains for ever: cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee.

O God, Who by sin art offended and by penance appeased, mercifully regard the prayers of Thy suppliant people: and turn aside the scourges of Thine anger, which we deserve for our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days Ezechias was sick even to death, and Isaias the son of Amos the prophet came unto him, and said to him: Thus saith the Lord: Take order with thy house, for thou shalt die, and not live. And Ezechias thurnt his face towards the wall and prayed to the Lord, and said: I beseech Thee, O Lord, remember how I have walked before Thee in truth, and with a perfect heart, and have done that which is good in Thy sight. And Ezechias wept with great weeping. And the word of the Lord came to Isaias, saying: Go and say to Ezechias: Thus saith the Lord the God of David thy father: I have heard thy prayer, and I have seen thy tears: behold I will add to thy days fifteen years: and I will deliver thee and this city out of the hand of the king of the Assyrians, and I will protect it, saith the Lord almighty.

Cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee. When I cried to the Lord, He heard my voice from them that draw near to me.

At that time, when Jesus had entered Capharnaum, there came to Him a centurion, who entreated Him, saying, Lord, my servant is lying sick in the house, paralyzed, and is grievously afflicted. Jesus said to him, I will come and cure him. But in answer the centurion said, Lord, I am not worthy that You should come under my roof; but only say the word, and my servant will be healed. For I too am a man subject to authority, and have soldiers subject to me; and I say to one, 'Go,' and he goes; and to another, 'Come,' and he comes; and to my servant, 'Do this,' and he does it. And when Jesus heard this, He marveled, and said to those who were following Him, Amen I say to you, I have not found such great faith in Israel. And I tell you that many will come from the east and from the west, and will feast with Abraham and Isaac and Jacob in the kingdom of heaven, but the children of the kingdom will be put forth into the darkness outside; there will be the weeping, and the gnashing of teeth. Then Jesus said to the centurion, Go your way; as you have believed, so be it done to you. And the servant was healed in that hour.

To Thee, O Lord, have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust; let me not be ashamed; neither let my enemies laugh at me: for none of them that wait on Thee shall be confounded.

Look down favourably, we beseech Thee, O Lord, on these Sacrifices, that they may profit us both unto our devotion and salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Thou shalt accept the Sacrifice of justice, oblations and whole burnt offerings, upon Thine altar, O Lord.

Having received the blessing of this heavenly gift, we humbly entreat Thee, almighty God, that it may be to us an assurance both of sacramental grace and of salvation.

Spare, O Lord, spare Thy people: that whereas they are deservedly chastised, they may find relief in Thy tender mercy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.